


[illegible] de 31 [illegible]
[illegible] capitulos [illegible]
[illegible] de [illegible]
[illegible] de la Nueva Esp[illegible]
[illegible] del [illegible] 1612
al 1773 [illegible]
[illegible]

# ACTA CAPITULI PROVINCIALIS,

IMPERIALI IN N. CAPITVLARI SS. PARENTIS Dominici Mexiceo Cœnobio, die vigesſima ſecunda Maij, anni ab Orbe redempto ſeptingenteſimi quadrageſimi quinti ſupra milleſimum, habiti, atque celebrati, Sub R. adm. P. N. in Sacra Theologia pro Ordine Magiſtro, Regia pro Vniverſitate Doctore Theologo, Sancti Officij Qualificatore, ac quondam ad utramque Curiam Romanam, ſcilicet, & Matritenſem miſſo Generali Procuratore, ac Deffinitore, F. JOSEPHO LARRIMBE, pleno calculo ad venerabundum Provincialatus iterum evecto faſtigium.

DEFFINIENTIBVS VNA CVM IPSO

RR. adm. PP. NN. Fr. Antonio de Eſcobar Magiſtro, ac Sancti Officij Qualificatore, primo Deffinitore Fr. Joſepho de Arzeniega, Mag. ac Domus N. S. P. N. Dominici de Mitzcoatl Vicario, 2. Deffinitore, utrôque in Indijs nato: Fr. Joanne Baptiſta Soriano, Magiſtro, 3. Deffinitore, ac Fr. Petro Dorado, Prædicatore Generali, Domus N. Nativitatis B. Virginis MARIÆ de Tepoztlan Vicario, 4. Deffinitore, utrôque ex natis in Hiſpania.



MEXICI: Ex Regali Summæ Adminiſtrationis, Sacrorumque Librorum Typographia, apud D. Mariam de Rivera, in publicà via de Empedradillo. Anno 1745.



# IN NOMINE

SANCTISSIMÆ, ET INDIVIDUÆ TRINITATIS, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ejusdemque Supersanctæ Triados Splendidissimi Triclinij, Almæ Matris Intemeratæ Virginis MARIÆ, SS. necnon P. N. DOMINICI, atque cunctorum Cælitum. Amen.

## ABSOLUTIONES.

*ABsolvimus in primis omnes Conventuum Suppriores, ac quarumcumque Almæ N. Jacobeæ Eparchiæ Domorum Vicarios.*

## DENUNTIATIONES.

DENUNTIAMUS P. V. Rmæ. quòd cum R. adm. P. N. ex Prov. in Sacra Theologia Magister, Sancti Officij Qualificator Fr. Franciscus Lopez, præfecturæ Provincialis quadriennij tempus complesset, idque satis laudabilitèr transcurrisset; solerti namque ea cura, dexteritate, ac rectitudine, quarum in cunctis sibi concreditis, haud solum nobis sæpesepius dedit specimen, sed exemplum, adeò nostrarum legum observantiæ fuit omnibus nervis addictus, ut gloriæ profecto digna reliquerit monimenta; in liquida quippe Ven. coram Deffinitorio ratione reddita secundum specialem pro hac N. Provincia ordinationem 21. Rmi. P. N. Mag. Gen. de Monroy, constat adeò fidelitèr, ac prudentèr in receptis, & expensis se gesisse, ut vel de minimo strictiori possit satisfacere judici: N. igitur jam memoratæ Almæ Provinciæ ob id talis muneris obtigit vacantia; quam obrem Imperiali hoc in N. SS. Parentis N. Dominici Mexiceo Conventu, omnibus, ad quos

quos eligere attinet, congregatis, die 22. Maij adhuc currentis anni, servatisque omnibus de jure, & more servandis, Præside R. adm. P. Present. Fr. Francisco Secundo Guerrero, nupèr nominati Cœnobij Priore, alacri omnium, etiam exterorum vultu, sufragijs omnibus (tribus exceptis, duobus demptis, & uno albo) supremum fuit ad Provinciæ provenctus culmen N. adm. R. P. ex-Prov. Fr. Josephus Larrimbe, in Sacra Theologia Magister, Regia pro Universitate Doctor Theologus, Sancti Officij Qualificator, ac pro Alma, & Matritensi Curijs Generalis quondam Procurator, ac Defsinitor: è cujus multis ab hinc annis expertis, maturo præsertim gubernio, alijsque nedum ingenitis naturæ donis, sed & supernis elargitis dotibus. Dominicanum ubertate campum oppleri, atque honoris, & honestatis decorari fructibus præstolamur: qua propter à P. N. Rmo. Mag. Generali hujusmodi electionem confirmari humilitèr rogamus, ac totis animi votis expostulamus.

Denuntiamus P. V. Rmæ. ad nos pervenisse litteras suas patentes, sub die 6. Octobris anni 1741. exhibitas, quibus sequentes ad gradus promovère juvet: ad Præsentaturam titulo prædicationis R. P. Præd. Generalem Fr. Laurentium Menendez, in loco vacanti ob assumptionem ad Magisterium R. P. Præsent. Fr. Francisci Molina: & ad hujusmodi gradum R. P. Præd. Gen. Fr. Franciscum Burgos. Ad Prædicaturas autem Generales R. P. Ministrum Fr. Michaelem Caraza, in loco vacanti ob assumptionem ad Præsentaturam R. P. Præd. Gen. Fr. Francisci Burgos, R. P. ex Lect. Ministrum Fr. Joannem Saens Moreno, ac R. P. Fr. Franciscum Flores. Insimul etiam denuntiamus, acceptatas esse litteras N. Rmi. quibus scimus, à SS. Benedicto XIV. ad hujus Conventus Missarum Collectam, indultum ipsi N. Rmo. fuisse concessum. Ac insuper litteras alias, quibus Paternitas V. Rma. R. P. Prædic. Gen. Fr. Emmanuelem Ximenez de Xisneros dispensat, ut pro tertia vice possit eligi in PrioremConventus Observantiæ SanctæMARIÆ de Pietate; & R. P. Lect. Regia pro Universitate Doctorem

Fr.

Fr. Joachimum del Castillo, ut Artium Cursus, quem in nuper nominato Cœnobio perlegere incœpit ipsi computetur inter annos pro grado, & forma requisitos.

Denuntiamus etiam P. V. Rmæ. suas recepisse litteras, die 4. Maij anni elapsi 1742. exhibitas, quibus N. adm. R. P. Mag. Fr. Francisci Lopez, electionem confirmare V. Rma. dignatur: quas hilari omnium vultu, & singulari gaudio acceptamus. Insimulque denuntiamus litteras alias N. Rmi. Mag. Gen. ad nos pervenisse, & quidem non mediocri N. totius hujus Eparchiæ acceptatas jubilo, quibus Acta Capituli Prov. hujus N. Provinciæ celebrati in Imperiali Mexiceo Conventu S. P. N. Dominici die 6. Maij anni 1741. prout vestræ paternali ergà nos charitati, ac maturo visum fuit concilio, confirmat: nobis injungens, aut potius in memoriam revocans præcepta aliqua salutaria, & ordinationes pro Provinciæ pace, atque incremento stabilita: quas illicò inenarrabili uniuscujusque gaudio per omnes Provinciæ, Conventus, & Domus executioni mandavimus.

Denuntiamus etiam huic fine apulisse Provinciæ patentes alias litteras sub die 2. Maij anni 1742. exhibitas, quibus sequentes ad gradus promovere P. V. Rma. dignatur: ad Magisterium titulo lectionis R. P. Præsentatum Fr. Nicolaum de Montes de Oca, in loco vacanti ob mortem R. adm. P. Mag. Fr. Petri Cortès de Siles: ad hujusmodi gradum etiam titulo lectionis R. P. Præs. Fr. Franciscum Romo, in loco vacanti ob mortem R. adm. P. N. Mag. ex Prov. Fr. Nicolai Guerrero. Ad Præsentaturæ verò gradus titulo lectionis R. P. ex Lect. Fr. Antonium Castellanos, in loco vacanti ob assumptionem ad Magisterium R. P. Præs. Fr. Nicolai de Montes de Oca: R. P. ex Lect. Fr. Franciscum Secundum Gerrero, in loco vacanti ob assumptionem ad Magisterium R. P. Præs. Fr. Francisci Romo: omnes in Indijs natos: R. P. Lect. Fr. Didacum Iguete, in loco vacanti ob mortem R. P. Præs. Fr. Emmanuelis Vargas. ex natis in Hispania. Ad Præsentaturam titulo

præ-

prædicationis R. P. Præd. Generalem Fr. Josephum Pizeros, in loco vacanti ob mortem R. P. Præs. Fr. Isidori Montaño; R. P. Præd. Gen. Fr. Emmanuelem Suasso, in loco vacanti ob mortem R. P. Præs. Fr. Francisci Burgos: omnes ex natis in Indijs. Ad Prædicaturarum demum gradus titulo Conventuum, R. P. Fr. Josephum Paredes, pro Conventu N. SS. AA. Philippi, & Jacobi de Atzcapozalco ob assumptionem ad Præsentaturam R. P. Præd. Gen. Fr. Emmanuelis Suasso: R. P. Fr. Josephum Morales, pro Conventu N. Sancti Jacobi Apostoli de Quautlan in loco vacanti ob assumptionem ad Præsentaturam R. P. Præd. Gen. Fr. Josephi Pizeros: R. P. Fr. Marcum Castellanos, pro N. Imperiali Mexiceo Conventu in loco vacanti ob mortem R. P. Præd. Gen. Fr. Didaci Nuñez. Ad hujusmodi autem gradum titulo Missionum R. P. Fr. Josephum Navarrete, omnes in Indijs natos: & has litteras illicò obtemperatas, atque acceptatas denuntiamus.

Denuntiamus etiam P. V. Rmæ. summo omnium gaudio, ac inenarrabili lætitia acceptatas esse litteras, sub die 17. Januarij anni 1743. exhibitas, quibus certiores nos facit de reductione Missarum hujus Conventus à Rmo. N. Mag. Gen. facta: prò quibus certè nesciemus satis persolvere grates; solum enim P. V. Rmæ. semper erimus memores in Dño: ac itidèm nos certiores facit, de alijs litteris per modum Brevis à SS. Benedicto XIV. exhibitis super cultu immemorabili B. Matthæi Carrero de Mantua: ac demum de alijs, quibus nobis conceditur pèr annos septem plenaria Indulgentia in quatuor Ordinis Anniversarijs; & similis gratia in die Sanctæ Stephanæ de Quinzanis: de quibus omnibus uberi lætitiæ sensu congratulamur, ac Divinæ bonitati persolvimus grates, illicò executioni mandantes, quæ prò gratiarum actione P. V. Rma. maturo nobis præcepit concilio.

Denuntiamus itidèm P. V. Rmæ. suas recepisse litteras, sub die 2. Octobris anni elapsi 1743. exhibitas, quibus hos, prout sequuntur, ad gradus promovere juvet: ad Magisterium

titu-

titulo lectionis R. P. Præs. Fr. Josephum de Arzeniega, in loco vacanti ob mortem R. adm. P. M. Fr. Joannis de Alvarado, ex natis in Indijs: ad hujusmodi gradum titulo prædicationis R. P. Præs. Fr. Joannem Baptistam Soriano, in loco vacanti ob mortem R. adm. P. M. Fr. Francisci Molina, ex natis in Hispania. Ad Præsentaturæ verò gradus titulo lectionis R. P. ex Lect. Fr. Petrum Malo de Molina, in loco vacanti ob mortem R. P. Præs. Fr. Didaci de los Rios: R. P. ex Lect. Fr. Josephum Moñoz, in loco vacanti ob assumptionem ad Magisterium R. P. Præs. Fr. Josephi de Arzeniega: R. P. ex Lect. Regia prò Universitate Doctorem Theologum Fr. Josephum Sossa, in loco vacanti ob mortem R. P. Præs. Fr. Josephi Vergara: omnes in Indijs natos. Ad hujusmodi gradum titulo prædicationis R. P. Præd. Gen. Fr. Bartholomæum Ponze de Lara, in loco vacanti ob assensum ad Magisterium R. P. Præs. Fr. Joannis Baptistæ Soriano, ex natis in Hispania. Ad Prædicaturarum demùm gradus titulo Conventuum R. P. ex Lect. Fr. Casimirum Montenegro, prò Conventu N. SS. Virginis MARIÆ del Rosario Guadalaxarensi in loco vacanti ob mortem R. P. Præd. Gen. Fr. Andreæ Saens: R. P. ex Lect. Fr. Joannem Moñoz, prò N. Imperiali Mexiceo Conventu in loco vacanti ob mortem R. P. Præd. Gen. Fr. Marci Castellanos: utrumquè ex natis in Indijs: R. P. Fr. Petrum Garrido, prò Conventu N. Assumptionis B. Virginis MARIÆ de Amecamecam in loco vacanti ob assensum ad Præsentaturam R. P. Præd. Gen. Fr. Bartholomæi Ponze de Lara: ex natis in Hispania. Ad eundem autèm gradum titulo Linguæ Mexicanæ R. P. Ministrum Fr. Nicolaum Gadea, in loco vacanti ob mortem R. P. Ministri Præd. Gen. Fr. Antonij de Rosas, ex natis in Indijs. Quas prò omnibus acceptatas denuntiamus.

Denuntiamus insimul P. V. Rmæ. suas aliàs recepisse litteras sexto Idus Octobris anni 1744. exhibitas, quibus P. V. Rma. certiores nos facit de concessione plenariæ Indulgentiæ à SS. Benedicto XIV, ad diem 15. Septembris in Commemo-

rationé

ratione S. P. N. Dominici in Soriano. De quo gaudentes in Domino, ipsi persolvimus grates. Ac insupèr litteras aliàs, quibus P. V. Rma. nos monet, ut secundum uniuscujusque vires eleemosynam ad Canonizationis sumptum B. Catharinæ de Riccis elargiatur; eamquè quantotiùs emittere libentissimè conabimur.

Denuntiamus paritèr P. V. Rmæ. quòd die 26. Maij post præsentis Capituli celebrationem hora 8. manè, sitatis Vocalibus, ac convocatis, uti juris est, processimus ad eligendum Deffinitorem, Procuratoremquè prò Alma, & Matritensi Curijs, Canonicèque electum fuisse invenimus R. P. Præs. Fr. Didacum Maguete, quem satìs, superque ad hæc, & majora expeditiorem novimus: quàm electionem utporè numeris absolutam omnibus à V. P. Rma. aprobari petimus, ac confirmari.

Denuntiamus deniquè P. V. Rmæ. quòd juxta Illmi. Compostelani quodàm Gener. M. de Monroy nobis injunctam Ordinationem, super Acta, & patrata à R. adm. P. N. M. ex Prov. Fr. Francisco Lopez, coràm nobis Deffinientibus comparente, anteà positis hoc in N. Imperiali Cœnobio publicis edictis, ad id convocantibus, seriò rationem sumpsimus; cum autèm nullus, aut quærimoniam, aut quidquam, quòd legibus adversari videretur nostris, quinimò multa nobis, uti aliàs compertum erat, expoluisset laude digna: grates Domino reddimus, certioremque super his P. V. Rmam. facimus.

## ORDINATIONES, ET PRÆCEPTA.

CUM de die in diem in hac N. Provincia SS. Rosarij fructum experiamur, præ oculis habentes continua prò omni tempore beneficia N. Ordini à SS. Deipara collata, ordinamus denuò, prout in Actis Capituli præcedentis statutum est, & præcipimus quòd in omnibus Conventibus, & Domibus Curæ nostræ subjectis, Curatis, vel non Prælati, Parochi, & Coadjutores nimia invigilent curacitate, ut recitetur assiduè,

ac devotè Sacrosanctum Deiparæ Psalterium, & quòd qua possint devotione, & comitatu in qualibet prima mensis Dominica, & singulis festivitatibus ejusdem SS. Virginis per publicos calles processionalitèr ipsum recitari non prætermittant. Atque etiam præcipimus: quòd Parochi, & Coadjutores singula in septimana mysteria N. orthodoxæ fidei, & alia ad spiritualem salutem attinentia, fidelibus explicent, ac doceant; hæc enim duo ex præcipuis visitationis punctis erunt futura.

Et quia obivis Religiosum quemlibet dedecet sæcularis habitus, atque in quavis terræ parte quantumvis remota, tenemur ab eisdem secerni, ordinamus, ne quisquam utatur cappis alterius coloris, quàm nigri, aut alijs vestibus ob materiam, vel formam sæcularium usui deputatis: & quòd, cum cappis induantur, non ita album nostrum interiorem habitum tegant, ut non Religiosi prospicientibus appareant.

Præcipimus nec non Prælatis omnibus, ut nimia invigilent solicitudine, ut assuetis horis Domus unicuique concreditæ claudantur portæ, præ oculis quoad hoc habentes quòd statutum est Avenione anno 1470. in Ordin. 2. Atque insimul N. Provinciæ incremento prospicientes ordinamus, quòd nullus Patrum, qui fidelium confessiones audiendi licentiam ordinarij non obtinuerit, possit alia gaudere assignatione, nisi in hoc Imp. S. P. N. Dominici Cœnobio, aut in Conventu Observantiæ Sanctæ MARIÆ de Pietate.

Ordinamus insuper, quòd nullus Fratrum ad Sacrum Presbyteratus Ordinem promoveatur, nisi priùs Philosophiæ, ac Theologiæ studijs terminum imposuerit secundum sacra nostrarum constitutionum decreta, & Generalium Capitulorum Acta, præsertim Gen. Bolon. in Ordinationibus pro hac N. Provincia num. 4. sub Rmo. Cloche Mag. Generali die 3. Maij anni 1706. celebrati. Quòd inviolabilitèr, & indispensabilitèr observari præcipimus.

Præcipimus etiam quòd nullus Fratrum qui ad Presbyteratum ascenderit, possit primam celebrare Missam, nisi priùs

de instructione, & sufficientia in N. Ritus Cæremonijs, istarum Magistro satis constet, qui, si aliquem prædictæ ordinationi nimis, ut æquum est, non invenerit adstrictum, R. adm. P. N. M. Priorem Prov. certiorem faciat, cujus arbitrio committimus pœnas, transgressoribus infligendas.

Item, ut toto observetur rigore, quòd Sacris nostris in Legibus, ac Capitulis Generalibus, præsertim in Bon. anno 1725. celebrato, sub gravibus pœnis, & censuris sancitum est: nimirùm quòd nullus, audeat Ordinis N. secreta sæcularibus revelare, undè ipse Ordo, vel aliquis frater possit infamari, vel difamari: ordinamus, & præcipimus, quòd, qui scierit quemquam nostrum cujuscumque fuerit dignitatis, & conditionis, præsenti contravenire determinationi, sub termino trium dierum peremptorio R. adm. P. N. M. Prior. Prov. certiorem faciat; si enim aliquem prædicta sciret, & tamen denuntiationi defficere invenerimus, illi tempore quatuor mensium reclusionis pœnam applicabimus, atque aliàs secundùm Prælati arbitrium.

Deniquè antiquo splendori Conventus Monialium Sanctæ Catharinæ Senensis accurate prospicientes, ordinamus denuò, & mandamus: quòd nullus audeat à prædictarum Monialium Prælatis licentiam pettere, ut solutæ, aut maritatæ fœminæ prædictum sint ingressuræ Conventum. Atque insimul præcipimus quòd in prædicto Conventu orphani, aut puellæ, parentibus cognitis orbæ, minimè recipiantur. Quòd ut clariùs pateat: *Mandamos à la Rda. Madre Priora del Convento de Santa Catharina de Sena de esta Corte, que es, ò por tiempo fuere, continùe en no conceder licencia para entrar à su Convento à muger alguna casada, ò soltera, de cuyo ingresso pierda la clausura su antiguo esplendor: como tambien le mandamos no permita se reciban en su Convento huerfanos, ò niños expuestos.*

## SUPPLICATIONES.

DEMISSE supplicamus P. V. Rmæ. quòd cum ad ostentionem paternæ consolationis benignis oculis causæ R.

P. Fr. Joannis de Zeballos prospicere inceperit, ei condonando positivas pœnas contra ipsum in sententia taxatas: misericordiæ semitam prosequatur, ei remittendo ulteriores privativas pœnas, in eadem causa declaratas, maximè suspensionem à Prædicatoris Generalis privilegijs; nobis enim, & vel unicuique totiùs Provinciæ Patri pervia est ipsius experta recipiscentia, tùm in vera certè, merenti criminis pœnitudine, tùm in humili inflictæ pœnæ acceptione, ac diuturna pari resignatione: tùm denique in veridica secreta informatione à R. adm. P. N. M. ex Prov. Fr. Francisco Lopez facta cui expecialitèr super hoc curam committimus, ut de omnibus nos sua assueta prudentia, religiositate, ac circunspectione certiores nos faceret: quibus omnibus nos pietatis motivis compulsi, plenariam à pœnis, etiam privativis absolutionem à V. Rma. iteratò contendimus.

Supplicamus etiam N. Rmo. M. Gen. ut R. P. Præd. Gen. Fr. Emmanueli Ximenez de Xisneros dispensationem, & indultum concedere dignetur, ut pro quarta vice posit eligi in Priorem Conventus Observantiæ Sanctæ MARIÆ de Pietate; rationes enim, quas ad impetrandam dispensationem prò tertia vice in Actis Capituli præcedentis V. Rmæ. exposuimus, majori vi subsistere in præsentiarum annocimus experimento; ardenti quippè zelo, ac singulari cura amplius de die in diem, non solùm prædicti Conventus temporalibus, quæ notabilitèr auxit, prospicit indefesse, sed insimul regularis nostrarum legum observantiæ vigori consulit vigilantissimè.

Supplicamus itidem N. Rmo. M. Gen. ut R. P. Lect. Fr. Antonio Mancilla computatum habere dignetur prò gradu, & forma tempus absumptum in exercitio Mag. Studentium, priusquàm Philosophiæ cursum initiaret, in N. Mexiceo S. P. N. Dominici de Porta-Cœli Collegio; non enim hìc, nec in Actis Capituli præcedentis eflagitamus, quòd duo anni in prædicto absumpti ministerio, quasi quatuor anni illi computentur; sed quòd ut duo divisim à triennio lecturæ Artium, & à lectione Theologica, & Biblica, illi annumerentur inter annos ad gradum requisitos.

Supplicamus denique N. Rmo. Mag. Gen. quòd cum Fr. conversus Josephus Medina coràm nobis in Definitorio comparuerit humilitèr efflagitans, ut nostras preces exponeremus ad impetrandam à V. Rma. dispensationem, ut ad Sacros usque ad Presbyteratum ascenderet ordines;& cum nobis constet de illius ardenti adipiscendi desiderio, singulari religiositate, idoneitate, ac maturo proposito; ætatis enim suæ jam numerat annum sextum supra trigesimum, & à receptione habitus nostri nonum supra decimum, tàm pię prò illius consolatione unanimes supplicationi, & à P. V. Rma. prædictam contendimus enixè dispensationem.

## POSTULATIONES.

OBsequentes V. Rmæ. monitioni, ut omnis quærelarum tollatur ocasio, designati fuerunt in Examinatores meritorum, qui authentica requisita reciperent, ac viderent R. adm. P. M. Fr. Nicolaus de Montes de Oca, ex natis in Indijs, ac R. adm. P. M.Fr. Bernardus Espinosa, ex natis in Hispania, qui post exaptum prædictorum maturum examen, in omnium congressu postulantium sigillatim retulerunt, ac informarunt.

Obsequentes insimul ordinationibus Emm. N. quondam Gen. Mag. Cardinalis de Pipia prò expositionibus, & postulationibus graduandorum, convocatisque ad id RR. adm. PP. MM. nobiscum sedentibus, atque per litteras A. & R. merita judicantibus omnium, expositiones, & postulationes sequentium ordinare æquo jure invenimus, ut ex eis P. V. Rma. dignetur assumere perfectiores.

## PRO UNICO MAGISTERIO
### titulo Lectionis.

ACTU vacanti ob mortem R. adm. P. Mag. Fr. Ludovic. de Castro, exponimus, & postulamus primo: R. P. Præsent.

à

à secretis Provinciæ, ac pro Alma, & Matritensi Curijs Procuratorem Gen. ac Deffinitorem, & in studijs generalibus hujus Imperialis Conventus primarium Reg. Fr. Didacum Maguete, in Hispania natum, qui per annos duodecim lecturæ tempus satis plausibilitèr exercuit: quo tempore pluribus adfuit Præses disputationibus, quas inter conclusiones Capitulares Illmo. ac Excell. Dño. Pro Regi dicatas sustentavit, atque iterùm etiam Capitularibus disputationibus Præses adfuit: ætatis suæ quatuor super quadraginta jàm numerat annos, & habitus nostri quinque supra viginti.

Secundo: R. P. Præsent. Conv. nostri Sanctæ Crucis de Zacatecas Priorem, Fr. Ignatium del Clavo, qui diù abhinc annis suæ lecturæ terminum imposuit satis plausibilitèr, adeò, ut ætatis quinquagesimum quintum, à receptione habitus nostri quadragesimum, & ab assumptione ad Præsentaturam vigesimum septimum annum jàm enumeret.

Tertio: R. P. Præsent. Mision. N. S. P. N. Dominici in Soriano Vicarium Fr. Joannem de Arzeniega, qui suæ lecturæ aliquòt abhinc annis præcipuis N. Universitatibus, in Collegijs, scilicèt, Sancti Ludovici Angelopolitano, & Sancti Patris N. Dominici de Porta Cœli Mexiceo, tempus felicitèr, ac laudabilitèr consumavit: pluribus adfuit publicis disputationibus Præses, atque adeò ejus doctrina auditoribus profuit, ut ex illis aliqui jàm extent prò ordine Baccalaureati: ætatis suæ quinquagesimum quintum, & habitus nostri trigesimum nonum jam attigit annum.

## PRO PRIMA PRÆSENTATURA titulo Lectionis.

ACTU vacanti ob mortem R. P. Præsent. Fr. Petri Malo de Molina, exponimus, & postulamus, primo R. P. ex Lect. Fr. Ildefonsum Cabrera, qui post triennalem expletum Philosophiæ cursum, alium iterùm indefesse perlegit, & septem annos

in

in lectione Theologica, & Biblica in S. P. N. Dominici de PortaCæliColleg. absumpsit: quo in tẽpore sexies publicis cõclusionibus Præses adfuit, prætèr majores per integrum diem, præcipua Theologiæ, ac Jurisprudentiæ asserta complectentes, quibus etiam plausibilitèr præfuit: ætatis suæ quadragesimum septimum, & habitus nostri vigesimum septimum enumerat annum.

Secundo: R. P. ex Lect. Fr. Antonium Larrimbe, qui dùm Philosophiæ, ac Theologiæ studeret, quatèr publicas substentavit conclusiones, atque in decursu lectionis, quam in N. Pontificio S. P. N. Dominici de Porta Cœli Collegio in omnibus lectionibus per annos duodecim mathematicè exercuit: undecim publicis conclusionibus Præses adfuit, prætèr majores Theologiæ, ac Jurisprudentiæ per integrum diem, quibus etiam præfuit: atque adeò auditoribus profuit, ut ex illis tres actu legentes extent: ætatis suæ trigesimum sextum, & habitus nostri decimum nonum jàm attigit annum.

Tertio: R. P. ex Lect. Domus N. S. Stephani de Tepetlizpan Vicarium, Fr. Augustinum Saldaña, ad quadragesimum secundum ætatis pertingentem annum, & ab habitus receptione vigesimum sextum, qui jàm diù terminum suæ lecturæ laudabilitèr imposuit, quam omnem in N. Imperiali Mexiceo Conventu exercuit multis cum fuerit Philosophicis, ac Theologicis, privatis, ac publicis Præses disputationibus, & inter assiduas in publicis palestris disputationes semèl repentè communi stantium plausu replicaverit coràm Ecclesiastico hujus Metropolitanæ Ecclesiæ Capitulo.

## PRO SECUNDA PRÆSENTATURA
### titulo Prædicationis prò Conventibus.

ACTU vacanti ob mortem R. P. Præsent. Fr. Emmanuelis Suasso, exponimus, & postulamus primo: R. P. Præd. Gen. Conventus N. SS. AA. Petri, & Pauli Civitatis Queretarensis Prio-

Priorem, Fr. Casimirum Montenegro, qui præter penè innumeros Sermones, quatuordecim concionavit per Quadragesimas, ac multotiès coràm Regio Senatu, & Ecclesiastico Capitulo Guadalaxarensi, & Mexicano: ætatis habet quadraginta, & octo annos, & habitus nostri viginti novem.

Secundo: R.P. Præd. Gen. Fr. Emmanuelem Zeballos, qui vel in eadem Quadragesima pluries prædicavit, ita ut, quasi per triginta septem Quadragesimas concionaverit: per unum biennium Supprioris N. Imperialis Conventus, & per aliud SS. Rosarij Comissarij munus exercuit: quo in tempore omnibus anni Dominicis, atque majoribus festivitatibus bis multotiès indefesse concionavit: ætatis habet quadraginta quatuor annos, & habitus viginti novem, atque assumptionis ad Prædicaturam sex.

Tertio: R. P. ex Præd. Gen. Fr. Franciscum Celi, qui per octo suprà decem Quadragesimas concionavit, ex quibus septem in hac Civitate verbo Dei illustravit, ibidèmque, & alibi bis, aut ter in eadem die in SS. Rosarij Missionibus multotiès fructuosè prædicavit: ætatis suæ jàm quinquagesimum quintum peregit annum, & habitus nostri trigesimum octavum.

## PRO TERTIA PRÆSENTATURA titulo Linguæ.

AD natos in Hispania pertinente, actu vacanti ob mortem R. P. Præs. Fr. Antonij Menendez, exponimus, & postulamus primo: R. P. Præd. Gen. Conventus N. Observantiæ Sanctæ MARIÆ de Pietate Priorem, Fr. Emmanuelem Ximenez de Xisneros, qui per viginti annos in Indorum administratione novem Quadragesimas Mexicano Idiomate, illorum cum fructu, & profectu prædicavit, & in explicando ipsis orthodoxæ nostræ Fidei Mysteria quam plurimum laborando insudavit: ætatis jàm octo supra quinquaginta annos habet, & habitus nostri triginta novem.

Secundo: R. P. Præd. Gen. Domus N. Sancti Michaelis

de

de Atlautla Vicarium, Fr. Philippum Ceſarini, Hiſpanum etiam ortu, qui prætèr varios Sermones, per duodecim Quadrageſimas concionavit: & ad ætatis ſuæ quadrageſimum octavum; habitus verò noſtri trigeſimum ſecundum, atque adminiſtrationis inter Indos decimum ſextum pervènit annum.

Tertio: R. P. Præd. Gen. Domus noſtræ Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Tepetlaztoc Vicarium, ac Miniſtrum, Fr. Michaelem Caraza, qui in prædicatione meritis ornatiſsimus, magnam vitæ partem in Indorum adminiſtratione abſumpſit: ætatis ſuæ ſexageſimum tertium, habitusque noſtri trigeſimum ſextum jàm tetigit annum.

## PRO PRIMA PRÆDICATURA
### titulo Conventus.

ACTU vacanti ob mortem R. P. Præd. Gen. Fr. Joannis Muñoz de Caſtro, exponimus, & poſtulamus primo: R. P. Fr. Vincentium Botello, qui plures prætèr Sermones, qui uſque ad ſeptingenteſimum attigerunt, viginti duas Quadrageſimas in præclarioribus hujus novi Orbis Civitatibus ſatis plauſibilitèr prædicavit: ætatis habet quatuor ſuper ſexaginta annos, & habitus noſtri quadraginta.

Secundo: R. P. Sanctæ Catharinæ Senenſis Monialium Vicarium, Fr. Joſephum Navarijo, qui octo Quadrageſimas in hac Imperiali Civitate ſatis laudabilitèr prædicavit, & per quinque aliàs in privatis Monialium Sanctæ Catharinæ Senenſis exercitijs, quarum in Vicariatu decem hucuſque fuit annis: prætèr innumeros pene Sermones intrà, & extrà hanc Civitatem, ex quibus ſexdecim coram Illmo. hujus Metropoliticæ Eccleſiæ Capitulo, & unum in Regali Sacelo coram Regio Senatu concionavit: ætatis ſuæ jàm attigit trigeſimum octavum, & habitus noſtri decimum ſeptimum annum.

Tertio: R. P. Fr. Joannem Palmeros, qui per unum biennium in Magiſtri Novitiorum exercitio vixit, & per aliud in

Præ-

Prædicatoris Conventualis officio, & præter multos Sermones intrà, & extrà hanc Urbem in Dominicis ferè omnibus, & majoribus festivitatibus, decem Quadragesimas in hac Imperiali Civitate prædicavit: & extrà has, unam in Conventu Monialium Sanctæ Catharinæ Senensis privatarum concionum, & aliàs duas in N. tertio Ordine; nàm cum ex quo ad Diaconatum fuit promotus, prædicare incœperit, octodecim annos in prædicatione absumpsit: ætatis suæ quadraginta, & habitus nostri viginti quinque enumerat annos.

## PRO SECUNDA PRÆDICATURA titulo Linguæ.

VACANTI actu ob mortem R. P. Præd. Gen. Fr. Joannis Diaz Leal, exponimus, & postulamus primo: R. P. Ministrum Fr. Petrum Garcia, qui ætatis quinquaginta, & octo habet annos, & à receptione habitus nostri computat triginta novem: ac per annos viginti sex Cura Indorum intentus, intrà, & extrà Quadragesimam Mexicano Idiomate prædicando, in Mysterijs Fidei explicandis, & moribus reformandis totus erat.

Secundo: R. P. Ministrum Fr. Franciscum Diaz Leal, qui per viginti tres Quadragesimas in utroque idiomate concionavit, & in explicandis orthodoxæ N. Fidei Mysterijs inter Indos omnibus anni Dominicis per viginti trium annorum spatium indefessè insudavit: ætatis suæ enumerat quinquaginta quatuor, & à receptione habitus nostri triginta quatuor annos.

Tertio: R. P. Ministrum Fr. Josephum Arteaga, qui septem Quadragesimas in utroque Idiomate fructuosè prædicavit, atque in Indorum administratione sexdecim absumpsit annos, ad eorum incumbens accurate in nostræ Fidei Mysterijs instructionem: ætatis suæ jam attigit quadragesimum quartum, & à receptione habitus nostri vigesimum nonum annum.

## PRO TERTIA PRÆDICATURA titulo Linguæ.

ACTU vacante ob mortem R. P. Præd. Gen. Fr. Nicolai Guzman de Gadea exponimus, & postulamus primo: R. P. Ministrum, Fr. Franciscum Diaz Leal.

Secundo: R. P. Ministrum Fr. Josephum Arteaga.

Tertio: R. P. Ministrum Fr. Vincentium Castrejon, qui prætèr multos Sermones, novem Quadragesimas in utròque prædicavit Idiomate, & ab inceptione administrationis inter Indos computat annos undecim: ad ætatis suæ trigesimum nonum, & à receptione habitus nostri vigesimum secundum jam pervenit annum.

## PRO QUARTA PRÆDICATURA titulo Misionum.

ACTU vacante ob mortem R. P. Præd. Gen. Fr. Josephi Navarrete, exponimus, & postulamus primo: R. P. Fr. Christophorum Muñoz Mision. N. B.V. MARIÆ de Ahuacatlàn Vicarium, qui prætèr tres Quadragesimas, omnibus diebus Dominicis in Misione inter Indos per duorum annorum spatium Mysteria nostræ Fidei explicuit vigilantissimè: ætatis habet quinquaginta quinque, & habitus nostri triginta quatuor annos.

Secundo: R. P. Misionis N. Sancti Michaelis de las Palmas Vicarium Fr. Ildefonsum Dominguez, qui in Indorum administratione, in Misionibus nostris per Quadragesimas, & majores anni festivitates tredecim prædicando absumpsit annos: ætatis jam enumerat quinquaginta quatuor, & à receptione habitus nostri triginta novem annos.

Tertio: R. P. Fr. Franciscum Blanquel, qui jam diù in Misionibus inter Indos commoratur, atquè ad ætatis suæ trigesimum quintum, & ab habitus receptione vigesimum jam pervenit annum.

PRO

## PRO QUINTA PRÆDICATURA titulo Misſionum.

ACTU vacante ob mortem R. P. Præd. Gen. Fr. Franciſci de la Torre, exponimus, & poſtulamus primo: R. P. Fr. Ildefonſum Dominguez.

Secundo: R. P. Fr. Franciſcum Blanquel.

Tertio: R. P. Fr. Sebaſtianum Samaniego, ætatis ſuæ numerantem triginta novem, & ab habitus receptione viginti quatuor annos, qui poſtquam fuit in N. Imper. Conv. latinitatis Cathedræ Moderatoris munere decoratus, quam plures annos in Miſsionibus inter Indos abſumpſit.

SI AUTEM PATERNITAS V. Rma. AD GRAdos vacaturos, aliquos fuerit dignatus promovère, ſequentes à V. Rma. æquo jure eflagitari invenimus.

## PRO UNICA PRÆSENTATURA titulo Lectionis.

VACATURA ob aſcenſum ad Magiſterium R. P. Præſ. Fr. Didaci Magnete, ex natis in Hiſpania, exponimus, & poſtulamus primo: R. P. Lect. Fr. Franciſcum Lattea, hiſpanum orto, qui novem annos à ſuæ lecturæ inceptione computat, cujus in tempore, prætèr alias tàm publicas, quàm privatas concluſiones, bis totam Philoſophiam Præſes in N. Imperiali Mexiceo Conventu defenſavit, atquè etiam bis publicis Theologicis diſputationibus Præſes adfuit: ætatis habet triginta ſex, & à receptione habitus decem novem annos.

Secundo: R. P. Lect. Sancti Officij Expurgatorem, Fr. Felicem Sanchez, in Hiſpania natum, qui novem etiam annos lecturæ enumerat, quàm omnem in Pontificio S. P. N. Dominici de Porta-Cœli Collegio felicitèr exercuit; & in illius de-

cursu duodecim publicis Præses adfuit Philosophicis disputationibus, ex quibus quatuor totam comprehenderunt Philosophiam, ac bis publicis etiam Theologicis præfuit disputationibus: ad ætatis suæ trigesimum secundum, & à receptione habitus N. decimum septimum pervenit annum.

Tertio: R. P. Lect. Regia prò Universitate Doctorem Theologum, ac Provinciæ quondam Secretarium Fr. Michaelem Rodriguez à Sancto Thoma, hispanum paritèr ortu, qui ad nonum itidèm annum suæ lecturæ pervenit, quàm, tùm in Civitate Queretarensi, tùm in Villa Llerenensi, tùm in Pontificio S. P. N. Dominici de Porta Cœli Collegio, ac denique in N. Imperiali Mexiceo Conventu exercuit accuratè: ubi in oppositorum concursu ad Primariam S. Theologiæ Exedram moderandam, assuetum relectionis tempus renuntians, repentè sententiarum Magistrum satis plausibilitèr commentavit: ac deniquè generali omnium plausu à cunctis prò adipiscenda in Regia Universitate S. Theologiæ lauro, se expedivit litterarijs operibus: ætatis habet triginta duos annos, & à receptione habitus nostri decem ac septem.

## PRO PRIMA PRÆDICATURA titulo Conventus.

VACATURA ob ascensum R. P. Præd. Gen. Fr. Casimiri Montenegro, ex natis in Indijs, exponimus, & postulamus primo: R. P. Monialium Sanctæ Catharinæ Senensis Vicarium, Fr. Josephum Navarijo.

Secundo: R. P. Fr. Joannem Palmero.

Tertio: R. P. Lect. Fr. Cajetanum Guerrero, Domus N. S. Joannis Baptistæ de Tenanco Vicarium, qui postquàm triennalem Philosophiæ cursum felicitèr absolvit, pervio omnibus auditorum fructu, quinque Quadragesimas plausibilitèr prædicavit, prætèr multos in majoribus anni Festivitatibus Sermones: ætatis habet triginta novem, & à receptione habitus N. decem & octo annos.

PRO

# PRO SECUNDA PRÆDICATURA titulo Linguæ.

VACATURA ob ascensum R. P. Præd. Gen. Fr. Emmanuelis Ximenez de Xisneros, ex natis in Hispania, exponimus, & postulamus primo: R. P. Fr. Franciscum Alexaveitia, hispanum ortu, qui præter multas conciones, quas per plures annos in hoc N. Imperiali Conventu Officium Prædicatores Conventualis exercens, fecit, octo Quadragesimas prædicavit, ex quibus quatuor in hac imperiali Urbe Mexicea: ætatis habet trigintaseptem, & à receptione habitûs nostri decem & octo annos.

Secundo: R. P. Fr. Raymundum Sequera, in Hispania pariter natum, qui solum in hac Civitate sex Quadragesimas prædicavit, præter alias extrà, variasque Conciones, quas in hoc Imperiali Convento, Prædicatoris Conventualis exercens munus, verbo Dei illustravit: ætatis habet triginta & octo, & à receptione habitus decem annos.

Tertio: R.P.Fr. Josephum Franco, in Indijs natum, qui præter multos Sermones, in omnibus ferè anni Festivitatibus, septem Quadragesimas in utròque Idiomate prædicavit, atque a laboriosa inter Indos administratione decimum sextum jam computat annum: ætatis habet tres supra quadraginta, & à receptione habitus nostri tres supra viginti annos.

## EXPOSITIONES.

### AD UNICUM MAGISTERIUM titulo Lectionis, exponimus.

R. R. PP. Præsent. Præsent. Fr. Antonium Castellanos Sancti Officij Qualificatorem, Conventus N. Assumptionis B. Virginis MARIÆ de Amecameçam Priorem, qui postquam,

